

60
et tales velut fatui veritati non credunt nec o-
bediunt quousque supplicia luant. et delictorum su-
orum seculam et infructuosam penitentiam agant. sicutque iusto
dei iudicio ut qui penitere de commissis cum possunt
non volunt. cum velint nequiant.

Capitulum xviii. concludit non esse quem
quod ab alio ad peccatum impellendum. sed ad bo-
num potius opandum.

Ultimo quitque agat homo in perso-
na sua. summe caueat alium ad male
agendum sollicitate. aut verbis aut fa-
ctis. exemplis vel consiliis aliquid agere quod
de se sit occasio ruine peccati. specialiter contra
iuuenum aut personis innocentibus. Hoc enim
proprium est singulareque demonum officium. que
admodum bonorum angelorum interest specialiter
homines inducere ad bonum. Constat enim etiam
frequenter accidere. quod homines aliorum ad ma-
lum impulsores vix a nunquam delicti sui condignam
penitentiam assecuturam perficiant. quia nequeunt
eos corrigere ad bonum quos deciperunt. iam
forte dampnati sunt vindictam a deo postulantes
eternamque eis maledictionem iugiter impre-
cantes. sicuti ex opposito iam saluati aliorum do-
ctrinis et factis aut opera diligenti. qua nullum
deo opus ad sacrificium acceptius esse potest. et
ad peccatum delendum validius per suis adiutoribus

h. g.